

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

Mundatio salis communis

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](#)

posita sunt, puris vel impuris per accidens, non in primo eis innatis, ergo etiam per præparationem convenientem tolli est pos-sibile. Nam expoliatio accidentium non est impossibilis. Est ergo præparatio, super-flua deinere, & defectum supplere, in cor-poribus imperfectis; quæ fieri non potest sine adjuvamine perfectionis vel operatio-nis, & rerum purificantium. Diversificatur enim præparatio secundum diversitatem rerum indigentium. Experientia enim hos dedit nobis agendi modos; scilicet calcina-tionem, sublimationem, descensionem, solu-tionem, distillationem, coagulationem, fixa-tionem & creationem, de quibus singu-lis narrationem fecimus in summa per-fectionis magisterii sufficienter. Ista enim sunt opera ad præparationem juvantia. Res autem præparationes juvantes sunt omnia genera salium, aluminum, atramentorum, & etiam vitrum, borax, & quæ hujus na-turæ sunt, & acetum acerriuum, & ignis. Et quia cum ipsis nos proponimus corpora imperfetta præparare, id est, mundare, si tunc aliqua immundicia in his extiterit secundum nostram experientiam, in qua certi fuimus, prædicta primo debent inun-dari.

*Mundatio salis communis.*

Mundatur enim sal commune per hunc  
modum.

K 2

modum.

dum. Primo comburatur, combustum in aqua communis calida solvatur: dissolutum per filtrum distilletur, & distillatum per lentum ignem in paropside vitreata congeletur: congelatum calcinetur per diem & noctem in igne mediocri; & serva, sic sufficienter mundum.

*Mundatio salis Alkali.*

Sal Alkali sic mundatur ut de sale communis dictum, Est sanguinis vitri. Primo teratur; iterum tritum dissolvatur in aqua communis calida; postea distilletur per filtrum; coaguletur & calcinetur in igne lento.

*Mundatio salis Gemmae.*

Ut inundetur, fiat de illo per omnia ut de sale communis.

*Mundatio salis Armoniaci.*

Primo teratur cum proportione æquali salis communis mundati: Postea sublimetur in alto aludel; donec fuerit extractum purum totaliter. Postea solvatur super poritem sub divo, si de eo vis aquam facere, vel servetur ipsum sublimatum & purum.

*Mundatio aliorum salium.*

Diversa enim adhuc inveniuntur salium genera; quæ præparantur per modum jam dictum, & mundantur.

*Munda-*